farum scientia est: deinde egrarum: ac demũ neutrarũ. Tum autem corporum in primis sanorũ: deinceps egror: postremo neutror. Itidez de signis dicendum. In actionibus aũt prior corporũ .s. cognitio ex signis est. Postea vero causarũ inuentio. Porro cum indicans suscipiensq; & efficiens: ac custodiẽs vnũquodq; bifariam dicat simpliciter ac nunc. Sciendum est de vtrisq; scientiam medicinalẽ tractare. Quin etiaz, cũ id qd simpliciter est bifariã dicat semper & plerũq; de ambobus scientia medicinalis cõmunit. Ceterũ neutra causa: signũ corpus: tum simpliciter: tum etiã nunc appellatũ: vnũquodq; trifariam dicitur: aut q neutri contrarij: aut q vtriusq;: aut q interdũ huius: interdum illius particeps est. Atq; ex his ipsis ẽm duobus dicit modis: aut qui vtriusq; contrarij equaliter. aut q alterius magis cõpos est. Ceteruz de tota diffinitionis dictione ambiguitas quedã est: quã quidẽ soluere necesse est. Quod enim dicit medicinalẽ scientiã esse sanabiliũ: egrotabiliũ: ac neutror: significat eã ipsam sciẽtiã medicinalẽ de oibus particularib' docere atq; etiã de quibusdã: & item de qualibus. Sed ipsam de omnibus particularibus agere: indefinitũ & impossibile est. De quibusdam autem imperfectum nec artificiale. De qualibus vero artificiale pariter est atq; abunde: cunctis artis particularibus satisfacit: qd in diffinitione medicine dicimus cõtineri. In primis igitur ordinemur a corporibus ostendẽtes quenã sanabilia: egrotabilia: ac neutra existant: mox de signis & causis percurremus orationem.

¶ De corpore sanabili. Quid nã corpus sanabile sit. Caput. 3.

Sanabile simpliciter corpus est qd ab ortu nature modice temperatũ est in simplicibus primisq; partibus: moderatũ vero in mẽbris que ex his cõposita sunt instrumẽtalibus. Sanabile vero nũc corpus est quod in presens beneualet. Porro hoc corpus quo tẽpore beneualet modice tẽperatũ moderatũq; est non optimo temperamento ac moderatione: sed proprio & suo. At vero ipsi' sanabilis simpliciter corporis semper tale est: q maxime temperatũ moderatũq;: plerũq; vero tale ab optima quidem preparatione non multum absistit.

¶ De corpore egrotabili. Quid nã corp' egrotabile sit. Caput. 4.

Egrotabile corpus simpliciter est quod ab ortu nature aut imodice temperatũ in similaribus: aut imoderatũ in instrumẽtalibus: aut vtroq; mõ affectũ. Egrotabile nũc corpus est egrotans: eo tempore quo dr tale esse. At constat: vt hoc quoq; eo tempore quo dicitur esse egrotabile sit imodice temperatũ in similaribus: aut imoderatũ in instrumentalibus: aut vtroq; modo affectuz. Quinetiam egrotabile semper corpus est quodcũq; existit ab ortu nature: aut imodice temperatũ in simplicibus primisq; partibus omnibus: aut quibusdaz: aut principalissimis: aut etiã instrumentalibus similiter imoderatũ: aut omnibus: aut quibusdam: aut principalissimis. Corpus autẽ plerũq; egrotabile est: quod ab hoc vitio absistit quidem nondum tamen est in medio collocatum.

¶ Quot modis neutrum corpus appelletur. Caput. 5.

Cum neutrum corpus trifariam dicatur: aut q2 neutre affectiōis extreme sit particeps: aut q2 vtriusq3: aut q2 interdū huius interdum illius compos sit. Neutruz corpus ex prima significatione erit qđ diligenter medium existit: sanabilissimi corporis egrotabilissimiq3: ꝛ item ex eo ipso simpliciter tale quodcūq3 ab ortu nature ita fuerit preparatū: nunc vero tale quodcūq3 presenti tempore mediū diligēter existit sanabilissimi corporis egrotabilissimiq3. Porro simpliciter neutrū semper est tale: si cunctis etatib9 tale permaneat: plerūq3 vero si quasdam suscipiat mutationes. Ceterū ex secūda significatione corpus neutrum erit: si ꝯtrariaꝝ dispositionuz simul sit particeps: ab ortu nature: aut in vno membro: aut etiam duobus differentibus: in vno quidem si per alteram oppositionem efficientium qualitatū modice fuerit temperatū: aut per ambas quidē s3 orta figmentū: vel magnitudinē: vel numerū partium: vel positionez fuerit affectū: aut econtrario in his qdē imperpessuz oībus vel qbusdam: sed tēperamento perpessuz. In membris autez differentibus fieri potest: vt aliquid simul per omnes oppositiones contrarioꝝ particeps sit: ac semper tale erit: si per omnes etates maneat. Plerūq3 autez si aliquatenus permutet. Nec secus neutrū nunc corpus erit ex secunda significatione: si aut circa vnum membruz partim sanabile sit: partiz egrotabile: aut circa differentia mēbra. Neutruz autē corpus ex tertia significatione erit: quod interdū sanabile: interdū egrotabile inuicez reddit: quēadmodū nōnulli extiterunt pueri qdē sanabiles: puectiores vero etate egrotabiles: aut ꝯtra. At vno tempore ita neutrū cōsistere nō conuenit. Porro cōstat: vt illud nūc bifariā dicatur. Igitur corpus sanabile: egrotabile: neutruz: quot modis dicatur ꝛ quodnam vnumquodq3 sit abunde definitum iam est. Restat vt de signis agamus.

¶ Liber Secundus incipit feliciter.

¶ De signis quibus affectiones corporum cognoscūtur ꝛ quo pacto talia signa trifariam diuidantur. Caput. 1.

Indicantia igitur sanitatem signa sunt: si presentem sanitatem ostendunt. Pronostica si futuram. Commemorantia: si preteritam in animum reuocant. Nec secus egra signa si presentem egritudinem demonstrant: indicantia existunt. Si futuram pronostica. Commemorātia vero si preteritam in mentem reponunt. Pari modo signa neutra: indicantia: ac pronostica: item commemorantia habentur: aut vbi nullam penitus indicent affectionem: aut nihiloma-

gis sanam & egram dispositionem: aut aliquatenus sanam: aliquatenus egram dispositionem: aut vbi interdum sanam: interdum egram. Nam & hec quoqz pro trium temporum diuersitate similiter indicantia: pronostica: ac commemorantia censentur. Atqz vocantur interdu hec omnia signa ab antiquis medicis pronostica: quis presentem aut preteritam significent dispositionem: ac maior vtilitas est indicantiu: & pronosticorum: minor commemorantium. Cum igitur corpora sint sanabilia simpliciter & nunc: que etiam beneualentia nominatur. simpliciter sanabilium corporum duplicem haberi differentiam docuimus: eo quod hec semper talia: illa plerunqz existant: semper quidem quotiés optimam habeant preparationem: plerunqz vero quotiens ab ea ipsa optima preparatione non longe absistant.

¶ Quibus indicijs optima corporis preparatio cognoscatur. Caput. 2.

AC cognosci talia oportet ab his que insunt sm substantie rationem: & actionibus necessario subsequentibus: & casibus: que proprie accidentia nominamus. Ab ipsa quidem substantia optime preparationis corpora dignoscuntur: quotiens partes similares: calore: frigore: siccitate: humiditate modice constent. Instrumentales vero mediocriter accomodentur quantitate: ac numero earum: quibus componuntur: atqz etiam figmento singularium partium: totiusqz instrumẽti. Porro ab his que necessario subsequuntur. tactu quidem: duritiei ac molliciei mediocritas. Uisu vero si nec omnino leuis nec admodum hirtus apparet. Si coloratus existit. Si actiones perfectas habet. Si instrumentales partes se habent mediocriter. Si decore instrumentorum totius corporis conspicue sunt: & actionum virtute pollent. Atqz hec optime preparationis corporis indicia sunt.

¶ Quibus indicijs cognoscãtur corpora: que ab optima preparatione absistunt. Caput. 3.

CEterum que ab ea absunt corpora sed insuper sana sunt: partim similarium temperamento impedita sunt exiguo quodam impedimento: partim instrumentalium lesione affecta sunt: exiguo quoqz impedimento: aut omnium aut quarundam partium. Impedimentorum vero genera eadem habentur his: que virtutem eorum absoluunt Temperamentum in partibus similaribus. Numerus autem figmentum: magnitudo: ac positio in instrumentalibus. Utrisqz autem communis vnio est: quam sane continuitatem earum nominamus. Porro in his ipsis generibus egrotabilium corporum vitium habetur ex vtraqz egrotabilis corporis significatione. Terminus autem intersiguens est: sensibilis actionum lesio. Que vero ab optima preparatiõe absunt paulum corpora: ipsa etiam re vera lesa sunt: attñ id sensibile nequaq̃ est. Igitur definit id eo q magis minusqz ex actionibus morbosis causis obsistant. Simpliciter vero egrotabilia corpora definita sunt: propterea q facile de causis morbosis vincanf: & q: multũ ex operationu

virtute absistant. Igitur in medio vtrorũq₃ neutra diligenter corpora collocãtur: necnõ ꝛ que latius neutra dicũtur: secabiturq₃ totius sanitatis latitudo in partes tris latitudinem insignem habẽtes. E quibus prima sanabilium corpoꝝ erit. Secũda neutroꝝ. Tertia egrotabilium. Quibus deinceps habẽtur corpora iam egrota lesione operationũ sensibili interstincta. Igitur dolorifica corpora: queq₃ motiones obtinent impeditas: aut penitus abolitas: perspicuos terminos habẽt. Que vero infirmas gerunt actiones si maxime abscedũt facile iudicantur: sin parum ambigua remanẽt: ꝛ ob eam rem hoc lesionis genere neutre cõtrarie operationis particeps affectio ꝯsistit: quã diximus neutram cognominari. At cuncta hec sensu interstingui debent nõ ipsa reꝝ natura: alioquin ꝯprobes oportebit medendi facultatem nunq̃ non affecta corpora cõsiderare. Ceterum indicia beneualentium corporũ: sed aut egrotabiliũ: sanabiliũq₃ distantie quãtitate inuicem discrepabunt: vbi cõstituerimus extremos terminos sibi inuicem ꝯtrarios: tu₃ optimam preparationẽ: ac nuper ꝯfectã egritudinẽ: cõsiderantes huic ne an illi fuerint ꝓpinquiora. Si eni₃ fuerit ꝓpinquius optime preparationi sanabile est. Sin longius: sed iam egroto corpori ꝓpinquius: egrotabile est. Si vero in medio amboꝝ fuerit equaliter ab vtrisq₃ recedens: neutrum id erit. Itaq₃ optime preparationis indicia dicta iam sunt. Eoꝝ vero que absunt ab ea ipsa ꝑparatiõe: genera numero paria sunt: maioris minorisq₃ rõne inuicem distincta. Porro cũ hec diuisa sint trifariã: simpliciter egrotabilis corporis indicia exponem⁹. Ex illis enim due relique latitudines perspicue erunt. Generatim igitur antea dictũ est: dum de optima ageremus preparatiõe. Speciatim hoc loco dicemus: si prius partes corporum diuiserimus.

¶ Quonia₃ partiũ differentie sint. Caput. 4.

OMnes earum differentie quattuor sunt. Quedam enim precipue partes existũt. Alie ab illis nascũtur. Nõnulle võ nec alias gubernant: neq₃ ab alijs gubernantur: insitas habẽtes quibus gubernant se vires. Alie vero insitas habent pariter ꝛ influxas. Precipue ergo sunt cerebrũ: cor: iecur: testes. Ab illis vero nascuntur: illisq₃ subseruiũt nerui: ac dorsalis medulla cerebro: cordi aũt arterie: vene iecori: seminaria vasa testibus. Porro seipsas gubernant cartilago: ossa: copula: mẽbrana: adenes: pinguedo: caro simplex. At alie omnes partes cõmunẽ habentes gubernationem: arterijs: venis: ac neruis egent. Pilorũ vero ꝛ vnguium nulla gubernatio. Sed generatio sola censet. He igitur partium differentie sunt. Indicia aute₃ vniuscuiusq₃ temperamenti deinceps dicentur sumentes initium a cerebro.

¶ Quonia₃ ꝓpria indicioꝝ genera habeãtur. Caput. 5.

PRopria signoꝝ genera quinq₃ existunt. Primu₃ totius capitis dispositio est. Scõm sensibiliu₃ operationum virtus ꝛ vitiũ. Tertiũ vero administrantiũ. Quartũ principaliu₃. Quintũ naturaliũ. Demũ aliud genus ab his omnibus est alteratio: quam extrinsecus inciden-

tia conuehunt.

¶ Ex qbus signis vniuersa capitis dispositio ducat. Ca.6.

VNiuersi capitis dispositio ex magnitudine: figura: capillisqȝ du/citur. Igitur paruū caput praue cerebri preparationis peculiare indiciū est. Magnū vero nō necessario bone preparationis indiciū est. Sed si pre robore extitit: facultatis ibi existentis materiā ꝓbā multāqȝ preparantis indicium bonum est. Si vero propter solam materie mul/titudinem bonum est. Id aūt diffiniri debȝ tū figuratim etiaȝ annexis mēbris. Figura quideȝ si idonea sit: hoc.n. bonum signū semper habet. Membris vero annexis: quotiēs ceruix valida sit: ac reliqua ossa opti/me sint disposita: atqȝ etiaȝ pars omnis neruosa vegeta firmaqȝ sit. Ca pitis porro figura propria habet velut si cogites spheram diligēter ce/reaȝ vtrūqȝ leniter astrictam. Ita namqȝ fiet: vt priora sphere posterio/raqȝ ꝓmineant. Latera vero rectiora reddant. At quotiēs occipitium minuat: consideres oportebit neruos: ac collum vna cuȝ ceteris ossib9. Si eniȝ habeant per naturā: inopia materie: haud quaꝗ̄ facultatis in/firmitas: si vitiosa debilis facultas existit. Sed magna ex parte occipi/tio incertiori predictoꝝ īfirmitas comitatur: raroqȝ aliter accidit. Nec secus prominens occipitiū ꝯsiderabis pariter cum alijs oībus finitio/nibus. Si enim cerebelli figura idonea sit: indicium bonū est. Quidam medici nominant cerebrū postremuȝ. Ut igitur postremū est: futura ad speciem labde.a. littere definitū: ita dorsalis medulle initium est ꝑ quaȝ ⁊ neruos in vniuerso animali mouentes orditur. Pars autem ipsa po/sterior ex se penitus paucis participat sentiētibus: multis mouentib9: quemadmodum prior altera sentientibus multis: mouentibus paucis. Quocirca si probe affecte sint: firmas vtraqȝ suas appēdices habebūt: atqȝ he ipse in parte capitis priore finitiōes existunt: vt circa frontē. vbi parua fuerit: aut magna. Itidem in sensibus: verbi gratia: visu: gustu: odoratu. Hec enim sibi inuicem indicia sunt: ac sibi inuicem astipulan/tur: tum que ab aliquo membro principali oriuntur: virtuti: vitioqȝ pn cipalis: tum etiam principale his que ab se oriuntur.

¶ De virtute ac vitio principaliū operationum. Ca.7.

PRincipaliuȝ operationū virtus ac vitiū membri principalis vni9 per se indicium est. Intelligo autē principales operationes: q̄ ab aliquo membro principali tantūmodo efficiuntur. Siquis igit solers est: cerebri materia tenuiori indicat. Si tardus: crassior. Si docilis est: substantia cerebri mollior est. Si memoria pollet: stabilis est. Nec secus si indocilis fuerit: cerebrū durius est. Si obliuiosus: fluens. Ceteꝝ quo/tiens opiniones facile mutet caloris: quotiēs retineat frigoris indiciū existit. At duo signoꝝ genera video: dimisisse: que statim ab initio doce re ꝓmisi. Unū ex actionib9 naturalibus ductū: alteꝝ ab his que extrin secus incidunt. Sed de vtrisqȝ promiscue sermo erit.

¶ Que nam cerebri bene temperati indicia sint: Ca.8.

SI cerebrum bene tēperatū existit in quatuor qualitatibus: omnia

predicta mediocriter obtinebit & omnia excrementa q̃cunq3 ex palato: aut auribus excernuntur mediocriter obtinebit: ac minime ledetur ab omnib⁹ que extrinsecus incidunt: quecũq3 calefaciunt refrigerãt exic/cant: humefaciunt. In talibus capilli q̃dem si infantes sint: subruffi: si pueri subflaui existũt: medij quodãmodo inter crispos simplicesq3: nõ tamen facile caluescũt. Sed intelligere oportet dicta ac dicẽda indicia in regionib⁹ moderatis. Que vero de capillis dicta sunt non in terris solũ moderatis: sed quotiens humoꝝ temperamentũ cerebri tempera/mento proportione respondeat. Quod si calidius fuerit moderato: in altera aũt oppositione bene temperatum. Si admodum fuerit calidi⁹: indicia dicenda cũcta validiora reddunt. Si vero excessus paruus exi stat: debiliora. Atq3 hic sermo promiscue sit ꝓditus in cũctis partibus: quarum temperamenta sumus indicaturi.

¶ Quenam cerebri calidioris indicia sint. Ca. 9.

Restat vt ab his que dicta sunt cerebri calidioris indicia noiem⁹. Caput igitur vniuersum rubet caletq3. In oculis vene sensibiles existunt. Capilli vero in talibus celeriter oriuntur. Quod si multo cali diores fuerint q̃ꝫ qui modice constant nigrescunt ac validi & crispi red duntur. Si vero non multo calidiores existant: in primis q̃dẽ subflaui sunt: deinde nigrescunt: ac procedente etate caluescunt: maximeq3 qui admodum calidi sunt. Excremẽta aũt ꝑ palatũ oculos & aures exigua ꝯcoctaq3 excernũt quotiens ad ĩtegrũ bñ valẽt. Ubi vͦ caput ĩplet. Se pe.n. eis potissimũ si negligẽter viuãt id accidit: multa q̃dẽ sꝫ nõ cruda excrementa reddunt. Caput aũt implet grauaturq3 ex calido cibo: po tu: odore: & oĩbus que extrinsecus incidunt: in quibus est circũueniens aer. Presertim si talia nõ soluꝫ calida ex natura: sed etiã humida sunt: & vt somnus ꝑ hm̃oĩ tẽperamẽta breuis ita nequaq̃ꝫ ꝓfundus sufficiet.

¶ Quenam frigidioris cerebri indicia sint. Cap. 10.

Frigidioris q̃ꝫ conuenit cerebri indicia sunt: excrementa multa ex proprijs emissaculis: capilliq3 recti: ruffi: prolapsi: & qui tarde erũ pant tenues: exiles: facileq3 ex frigidis causis offenduntur: ac tãtisper dum offenduntur: defluctione & grauedine afficiuntur: nec tãgenti ca/put calidum apparet: neq3 cernẽti rubrũ: ac venule oculoꝝ visum effu/giunt: & somnolentiores quodãmodo sunt.

¶ Quenam siccioris cerebri indicia sint. Ca. 11.

Siccioris indicia cerebri sunt: si emissacula vacant excrementis. Si sensus diligentiores existunt. Si insomnes existunt. Si capillos validissimos habent ac ocissime erumpẽtes: magisq3 crispos q̃ꝫ rectos. Si cito calui efficiuntur.

¶ Quenã cerebri humidioris indicia sint. Ca. 12.

Humidioris autẽ capilli simplices sunt: ac nullo modo calui effi/ciunt. Porro sensus marcidi sunt: atq3 excrementoꝝ affluit multi tudo. Sõn⁹ mult⁹ ꝓfundusq3 ẽ: atq3 he simplices cerebri intẽpies sunt.

¶ Quenã calidi sicciq3 tẽperamẽti in cerebro indicia sint. Ca. 13.

COmposite vero: prima quidem calida siccaq; est in qua sensus diligentes existunt: atq; excrementis vacant: maximeq; insomnes agunt: ac cito calui efficiuntur. At qui prima capillorum generatio celerrima atq; abūdantissima est: capillos nigros crisposq; habēt: caputq; calidum: atq; rubens ad vigoris vsq; etatem.

¶ Quenā calidi: humidiq; tēperamēti in cerebro idicia sint. Ca. 14.

QUod si humiditas cum calore adfuerit nec admodū vtraq; qualitas excedat modum: coloratiores: calidioresq; sunt: ac vene in oculis grandiores: atq; excrementa plura: mediocriterq; cōcocta: & capilli recti subflauiq;: nec facile calui efficiuntur. Caput preterea repletur ac grauatur ex causis calefaciētibus. Quod si humefiat multomagis id accidet: & vbi multitudine abundet excrementorum. At qui quotiens plurimum calidi & humidi fuerint: his caput morbosum est: atq; excrementosum. facileq; ab humidis & calidis causis leditur. Auster illis nūq̄ non inimicus existit: sed optime degunt flante aquilone. Nō tamen vigilare diutius queunt: sed conuersi in somnuz pariter somnolenti vigilesq; existunt ac insomnia vident. Visus marcidus est: ac sensus indiligētes. At si cerebrum multo calidius moderato fuerit: sʒ paulo humidius: exuperabunt calidi temperamenti indicia: permiscentur illis signa humiditatis incertiora: quemadmodum si multo humidius fuerit: paulo vero calidius: humiditatis signa validiora erunt: caliditatis debiliora. Atq; hic sermo per vnāquāq; intēperiē ꝯpositā cōis ē.

¶ Quenā frigidi: sicciq; temperamēti indicia sint. Ca. 15.

FRigidum simul ac siccum temperamentū: caput efficit frigidum: decolorq; quantum in seipso est. Semper enim meminisse dicte definitionis oportet: vt capitis partes quantum est ex humorum natura afficiātur. Porro tale temperamentū venis in oculis vacat: & ex causis frigidis facile offenditur: quapropter inequaliter sani degūt: interduʒ capite leuissimi: & emissaculis purgatissimi: interdum grauedine ac defluctione ex leui causa prompte afficiuntur. Sensus autē in eis in iuuētute diligentes & integri ex toto sunt: processu vero cito emarcent: & vt semel dicatur: caput vniuersum cito senescit: quocirca cito canitiē sentiunt. Capilli vix ab ortu erumpunt exiles: ruffi. Procedente aūt tempore si frigiditas plus superat caliditateʒ q̄ siccitas humiditatē: haudquaq̄ calui efficiuntur. Ecōtrario vero si siccitas plurimū superet humiditatē: frigiditas aūt caliditatē parū: tales calui efficiunt.

¶ Quenam humidi: frigidiq; temperamēti indicia sint. Ca. 16.

HUmidum preterea ac frigidum temperamentum obstupiduʒ cōmittit somnuʒ: redditq; homines somniculosos ac sensus vitiosos: & excrementis redundantes. atq; etiam caput efficit frigiditati repletioniq; paratum: & defluctioni grauediniq;: non tñ calui efficiunt: atq; hec tēperamenti in cerebro signa sunt. Ex his aūt dictis signis ad vnūquodq; opificiū sensus cognoscendū te ꝯferas licebit.

¶ De signis quibus oculi cognoscuntur. Ca. 17.

De oculis disseruisse sat erit. Si igitur oculi calidi pspicue sint: ac facile moueantur: ⁊ sepe: venasq; latiusculas habeant: calidi omnes sunt. Frigidi vero qui contra habent. Quicūq; vero molles pariter sint atq; humiditatis pleni: humidi sunt. Quicūq; autem squalidi pariter sunt ac duri: sicci sunt: ac leduntur his que tēperamēto similia habentur: iuuant ꝯtrarijs moderato vsu. Sed hoc ꝑmiscue de cuiuslibet temperamēti cognitiōe ꝓditū esse intelligi oportebit.

De magnitudine oculorum. Caput. 18.

Magnitudo oculorum si idonea sit: ⁊ oculus suo munere ⁊ officio probe fungatur: multitudinē substantie de qua sint cōfecti bene temperatam ostendit. Si vero sine his sit: substantie copiam quidē: sed male temperatam ostendit.

De paruitate oculorum. Caput. 19.

Paruitas oculoꝝ si idonea sit: ⁊ oculus suo munere ⁊ officio probe fungatur: exiguam quidem substantiā sed minime vitiosam designat. Si vero non: ⁊ paruam ⁊ vitiosam substantiā designat. De colore vero ita agendum.

De cesietate oculoꝝ: ⁊ quonāmodo oculi cesij efficiant. Ca. 20.

Cesius oculus mundo lucidus humore nec multo: splēdidi copia humoris consistit. Niger econtrario. Medius vero propter medias causas. Cesius ergo oculus: aut ꝓpter magnitudinē: aut splendorem christalloidis ita a glacie nōiati: aut ꝓpensam positionem: aut ꝓp tenuis ⁊ aquosi in pupilla humoris paruitatem munditiāq; efficitur. Si igitur cuncta simul cōcurrant ꝙ maxime: cesius redditur. Si vero quedam adsint q̄dā desint: magisq; ⁊ minus cesius euadit.

De oculo nigro. Caput. 21.

Niger oculus: aut ꝓpter paruitatē christalloidis ita a glacie noiati: aut ꝓpter in ꝓfundo positionē: aut q: splendidus clarusq; exquisite nō est: aut q: tenuis humor: aut abundans: aut immundus est: aut propter horum aliqua: aut omnia fieri solet: atq; ea in re: magisq; ⁊ minus est: vt antea docuim⁹. Itaq; tenuis humor si aquosior sit ⁊ abūdans: humectiorē oculū reddit: queadmodum si crassior sit aut incertior: sicciorē. Christalloides aūt ita dictū ꝙ glaciei similis est. Si durior fuerit sicciorē oculum facit: sin mollior humidiorē. Nec secus si superet tenuis mediocritatē humoris siccior est: si superetur ecōtrario.

De corde.

De signis calidi in corde temperamēti. Cap. 22.

De cordis temperamento deinceps agamus id prius in animum reuocantes: vt vnamquāq; partem: aut calidiorē: aut frigidiorē: aut sicciorem: aut humidiorē esse comparantes: nō ad aliquam aliam sed ad seipsam dicamus. Ita enim fit: vt cor frigidissimū natura multo calidius temperamento sit: ꝙ cerebrū calidissimū. Calidioris ergo comparatione proprie moderationis indicia sunt inseparabilia ac ꝓpria: si spiratio magna: ac pulsus velox spissusq; ē: si audax homo atq;

impiger est. Quod si caliditas plurimum augetur: iracundus: efferus: furibundusque est. Thorax preterea hirtus maximeque pectus est: atque etiam in alijs loca quecunque prope posita sunt: ac magna ex parte totum corpus calidum ex corde calido redditur: nisi iecur admodum cõtra egerit. Sed paulopost omnia corporis indicia dicentur. Quinetiam thoracis amplitudo caloris indicium censetur: nisi cerebrum admodũ cõtra egerit. Cũ dorsalis magnitudo medulle magna ex parte illi proportionetur. Vertebrarũ aũt magnitudo tanta q̃ta dorsalis medulla: proindeque tota spina est. Thorax eni annectit dorso: veluti nauigiũ carine: quocirca necessario longitudinẽ habebit parem dorso: latitudinem autem ꝓportionalem corpulentie vertebrarũ: vbi pro natura illarum inexus sit. Sed vbi cordis calor exuperans inflet: amplificetque statim a prima origine thoracem: proportionalem calori illius latitudinem obtinebit: et ob eam rem: quotiens capite paruo thorax amplior habeatur: indiciũ caloris in corde est maximũ. Quotiẽs vero magno capite paruus existat: id quoque est indiciũ frigiditatis in corde maxime peculiare. Sed si proportionale caput habeat: ceteris indicijs definiri corpsum oportebit: perinde q̃si de thoracis q̃titate: nullũ sis indiciũ accepturus.

¶ De signis frigidi in corde temperamenti. Ca.23.

IN corde frigidiori pulsus minor q̃ moderatus est: non tamen tardior: necessario rarior ve. Spiratio vero vbi tãto minor thorax extitit: quanto cor frigidius pulsui proportione respõdet. Ubi vero maior fuerit q̃ frigiditatis quantitas postulet: non solum minorem sed etiam tardiorem: rarioremque naturam ostendit. Tales timidi sunt: obliuiosi: et cogitabundi. In his pectus leue est ac pilis nudum. De paruitate preterea diffiniendum quemadmodum antea dictum est. Itidem et de totius corporis qualitate.

¶ De signis sicci in corde temperamenti. Ca.24.

SIccius vero cor pulsum efficit duriorẽ: atque iracũdiã nõ prõptam quidem: sed efferam: ac cũctantem: et qd prope dixerim corpus oẽ siccius redditur: nisi iecur contra egerit.

¶ De signis humidi in corde temperamenti. Ca.25.

HUmidioris cordis indicia sunt si pulsus mollis est: si facile mouetur ad iram sed faciliter sedatur. Si corpus omne humidius est nisi iecur contra egerit. Temperamenta aũt composita cordis in ꝑmis qualitatibus ita se habent.

¶ De signis cordis calidioris ac siccioris. Ca.26.

CAlidi ac sicci cordis pulsus durus: magnusque est: et velox et spissus ac spiratio magna velox spissa ac multomagis in velocitatem crescit et spissitudinem quotiẽs thorax cum corde nõ ex ꝓportione augeat. Hi ex omnibus pectus habent q̃ maxime pilosum: et ilia: ad actiones obeundas prompti animosique: et celeres sunt: ac moribus imitant tyrãnos iracũdi efferi. De totius aũt corporis temperamento: atque ẽt thoracis amplitudine: qd ꝓportione respondeat supradictis agendum est.

¶ De signis cordis calidioris ⁊ humidioris. Caput.27.

SI caliditas simul cũ humiditate exuperet: pilosi minus predictis sunt. Ad actiones autem obeundas nihilominus prompti: nõ tñ efferã iracundia est: sed ad irã proni dũtaxat. Pulsus preterea mollis: magnus: velox: ac spissus est. Et spiratio quotiẽs thorax cordi ꝓportiõe respondeat: perinde vt pulsus existit. Quotiẽs vero minor sit: tanto velocior ac spissior predictis. quãto thorax minor habet. Ceterũ vbi multum a mediocritate temperamenti receditur maximeq; si accedat per humiditatẽ ad ea que sunt prodita: putride egritudines corruptis humoribus putrefactisq; incident: ac spiratio maior velociorq; ⁊ in pulsu distractio velox.

¶ De signis cordis frigidioris: ⁊ humidioris. Caput.28.

HUmidioris frigidiorisq; cordis pulsus mollis est. Hi preterea timidi: meticulosi pigriq; sunt: ac pectus nudum pilis: minimeq; irascuntur: vtpote qui etiam ad iracundiã prompti nõ sint. De thorace preterea ac toto corpore perinde ac de predictis agendum est.

¶ De signis cordis frigidioris ac sicciorls. Caput.29.

COr frigidius ⁊ siccius pulsum duriorem efficit: ac paruum. Spirationem vero si paruitas thoracis ꝓportionetur frigiditati moderatam: si maior fuerit: raram ac tardam. Tales ex omnibus minime irascunt: sed vbi irasci cogãtur cõseruant iram. Tales preterea omniũ maxime pectus habent nudum pilis. De thoracis itero paruitate: atq; etiam totius corporis frigiditate similiter agendum est id vnum promiscue in cunctis preterea addentes vt quecũq; de moribus hoc loco aut alio libro disseruimus in cognitionẽ temperamẽti: haud quaq; de illis dicta sunt: quos sapientie studiuz bonos aut malos inuexit. Sed de his quos natura statim ab ortu vnicuiq; infecit.

¶ De signis iecoris calidioris. Caput.30.

IEcoris calidioris signa sunt. amplitudo venaꝝ: flaua bilis multa: ac sub ipso vigoris tempore etiam nigra. Sanguis preterea calidior: proinde totum corpus habetur: nisi cor contra egerit. Venter ⁊ item ilia pilosa.

¶ De signis iecoris frigidioris. Caput.31.

FRigidioris vero signa sunt: angustia venaꝝ: multa pituita. Sanguis frigidior: atq; ẽt vniuersa corporis habitudo frigidior: nisi caleñat ab ipso corde. Nuda autem pilis ilia ⁊ venter.

¶ De signis iecoris sicciorls. Caput.32.

SIccioris vero signa sunt: vbi sanguis crassior ac parcior sit: itez vene duriores: ⁊ vniuersa corporis habitudo siccior.

¶ De signis iecoris humidioris. Caput.33.

HUmidioris signa sunt: vbi sanguis humidior ⁊ abundantior sit: ac vene humidiores: atq; etiam corpus vniuersum: nisi cor contra egerit.

¶ De signis iecoris calidioris ac siccioris. Caput.34.

CAlidioris simul atq3 siccioris iecoris indicia sunt: ilia q̄ maxime pilosa. Sanguis paucior simul ac siccior. Flaua bilis plurima: ac sub ipso vigoris tempore etiam nigra. Amplitudo venarū: ac durities. Itidem vniuersum corpus existit. Caliditas enim de corde procedens vincere potest de iecore procedentem frigiditatem: quēadmodum frigiditas caliditatem. Siccitas vero a corde humidiori in contrarium duci nequaq̄ potest. Media vero est de iecore procedens humiditas: magis enim a cordis vincit siccitate q̄ siccitas ab humiditate. Minus v̄o q̄ caliditas: itez minus q̄ frigiditas. Hec.n. ex q̄litatibus a iecore pcedētibus maxime vincit. Quocirca pspicuū est: vt si tēperamēta amboꝝ mēbroꝝ principaliū in idē cōcurrant: vniuersum corpus ꝑ illarū natura afficiat: ac paulopost illarū indicia exponemus.

¶ De signis iecoris calidioris ꝛ humidioris. Caput. 35.

CAlidioris simul ꝛ humidioris iecoris indicia sunt: q̄ calidi ꝛ sicci: ilia minus pilosa: sanguis vero plurimus: amplitudo venarū maxima: totius temperamētū calidū ꝛ humidū: nisi cor contra operet. Si vero plurimū his q̄litatibus auget ab eo: q̄ ꝓm nām mediocritate: putridis prompte corripiunt egritudinibus qū malis humoribus repleti sunt: ꝛ adhuc magis si plurimū augetur humidum supra calidū. Si vero econtra: paulo.s. humidius: multo calidius moderato min⁹ replentur malis humoribus.

¶ De signis iecoris humidioris ac frigidioris. Caput. 36.

HUmidius rursus ac frigidius iecur ilia hz nuda pilis ac sanguinem efficit pituitosiorē cū angustia venaꝝ: atq3 etiam vniuersuz corpus similiter affectū: nisi in contrariū ab ipso corde ducat.

¶ De signis iecoris frigidioris ac siccioris. Caput. 37.

FRigidius v̄o ac siccius iecur sanguinē efficit parciorē: venulasq3 angustas: ac corp⁹ frigidius. Itē ilia nuda nisi cor ipz vincat.

De calido testium temperamento. Caput. 38.

CAlidū testiū tēperamentū veneris appetētissimū est: mare gignit ac fecūdū est. Pili in partib⁹ genitalibus cito nascunt: ꝛ attingūt mēbra que circiter sunt. Frigidū aūt ecōtrario hz. Humidū v̄o seminis efficit multū. Siccū vero parū seminis: ac modice crassuz.

¶ De calido ac sicco temperamento. Caput. 39.

CAliduz ꝛ siccū tēperamentū crassum obtinet semen: ꝛ q̄ maxime fecūdū: atq3 ocissime excitat statim ab initio animal ad ꝯcubitū. Porro tales in ptibus genitalib⁹ celerrime pilos habētes: ꝛ in cunctis mēbris que circa sunt supra vsq3 ad vmbilici sedē infra vsq3 ad media femora. Hoc nāq3 tēperamētū ad rem veneream nimiū cōmouetur: sed ocissime implet: atq3 offenditur vbi inferas vim.

¶ Que nā signa sunt vbi caliditas cū hūiditate ꝯcurrūt. Ca. 40.

UBi caliditas cum humiditate concurrat: tales pilosi minus existunt: sed magis abundant semine: non tamen magis q̄ alij appetunt: minusq3 offendunt vbi sepius concumbant. Qd̄ si ambo nimium

creuerint: tum calor: tum etiam humiditas non sine lesione a rebus venereis abstinent.

¶ De signis humidi ac frigidi testium temperamenti. Ca. 41.

Ubi testes frigidiores: humidioresq; temperamēto sint: partes que circum sunt pilis vacant: ac tarde concumbere incipiunt: nec ad tale munus admodū cōmouent. Aquosum preterea ac tenue semen est: atq; infecundū: & feminam gignit.

¶ De signis sicci ac frigidi temperamenti. Ca. 42.

Frigidū ac siccū temperamentū: simile quidem in reliquis p̄dictis est. Sed semē crassius ac penitus exiguum est.

¶ De totius corporis habitudine. Ca. 43.

Totius corporis habitudo vt antea diffinitum iam est: similis redditur cordi: necorìq;. Exuperat autem similitudo habentis quālibet primarū qualitatum fortiorē quas sane actiuas cognominant. Totius vero corporis habitudo de illis potissimum dicitur partibus: quecunq; cernentibus prime subiacēt. Tales vero musculi sunt cunctis ossibus obuoluti: composite quedā carnes ex simplici primaq; carne atq; etiam fibris: quibus he annexe sunt. Propria enim substantia musculorum hec vtraq; est. Uasa autem ad eos pertinentia velut aqueductus quidam sunt nequaq̄ absoluentes substantiam: sed seruientes ad salutem. Horum igitur indicia dicentur in regionibus moderatis. Immoderata enim regio permutādo cutē p natura sua format ac nonnulla signa corrumpit. Pari modo siquis in regione moderata per estatē se ipsum soli nudum exponat: indicia quecūq; ducunt ex colore: ac mollitie: & duritie variabunt. At si quemadmodū regio moderata habetur: & ipse moderate viuat: neq; exustus i sole nudus vnoquoq; die plurimū. Sed nec instar virginis vt quidam in vmbra nutritus: signa temperamenti diligentiora reddentur. De his igitur disputātes indicia moderati in vniuerso animalis corpore consideremus.

¶ De signis corporis temperati. Ca. 44.

Color ex rubro candidoq; permixtus est. Capilli modice flaui ac magna ex parte crispi redduntur. Caro modica in qualitate & quantitate existit. Tale enim corpus medium omniū excessuū quodāmodo est: vt qui huius ipsius comparatione pingue & gracile noiatur. Itidem cōparatione huius obesum: macilentum: durū: molle: pilosum: nudūq; dicitur: nullū ergo tale moderatū est: sed quasi regula polycleti summā obtinuit mediocritatē: ita vt attrectāti: neq; molle appareat neq; durum: neq; calidum: neq; frigidum. Cernenti vero neq; pilosū: neq; nudum: neq; pingue: neq; gracile: neq; aliqua alia immoderatione affectum.

¶ De signis corporis calidioris. Ca. 45.

Quecūq; vero carnem moderato calidiorē habent: non tū sicciorem: aut humidiorē. De tali.n. presens sermo est. Apparet enim attrectanti tanto calidior q̄to etiā temperamēto calidior est: tanto pre-

terea

terea pilosior ꝙ tertio calidior. Piguedinis vero minus habebit. Colorem vero rubrum ac capillos nigros.

¶ De signis corporis frigidioris. Caput. 46.

Frigidioris temperamēti indicia sunt: si pilis vacat: si pingue corpus est: si frigidū attrectanti apparet: si color rubidus vna cū capillis est. Ubi vero multa frigiditas habeat: liuidus quodāmō est: ac pleriq3 medicoꝝ solent tales homines liuidos nominare.

¶ De signis corporis siccioris. Caput. 47.

Siccius preterea temperamentū tanto gracilentius ac durius moderato est ꝙto siccius fuerit moderato: in reliqs subsimile est.

¶ De signis corporis humidioris. Caput. 48.

Humidius vero temperamētū in reliquis subsimile est: carnosius aūt ac mollius est. Ceterum cōposita primaꝝ qualitatū temperamenta: cōpositam quoq3 signoꝝ speciem habent.

¶ De signis corporis calidioris ⁊ siccioris. Caput. 49.

Calidius ac siccius temperamētū pilosius: calidius: durius: atq3 extenuatū est ⁊ gracile: capillosq3 nigros habēt ⁊ corpus nigrum si calor admodum augetur.

¶ De signis corporis calidioris ⁊ humidioris. Caput. 50.

Calidius ac hūidius tēpamentū mollius ⁊ carnosius optimo temperamēto tāto ē ꝙto q̄litatibus augeꝭ. Ubi plurimū augeꝭ putridis ꝓpte corripiꝭ morbis: qn̄ malis repleꝭ humoribus. Ubi vero fuerit multo calidius paulo vero humidius moderato: tales carnosiores: nec paulo pilosiores existunt: nec secus attrectāti nō paulo calidiores habētur. Capilli vero nigri sunt: nec sine pinguedine caro est. Quod si paulo calidius fuerit multo autē hūidius in his caro mollis multaq3 est: ac color ex rubro candidoq3 permixtus: ac tangenti paulo calidiores apparent: ⁊ vt semel dicatur in temperamentis compositis semper exuperantis qualitatis indicia exuperabunt.

¶ De frigidiori ⁊ humidiori temperamento. Caput. 51.

Frigidius vero atq3 humidius temperamētū quotiēs ambo parū augenꝭ sine pilis est candidum molle crassum pingue. Quotiens vero amplius augeꝭ in aliis quidez qd̄ ꝓportioneꝭ augmento qualitatum. Color autem simul cum capillis ruffus: quēadmodū si plurimū augeantur liuidus est. Qd̄ si augmentū inequale fuerit qualitatū indicia auctioris qualitatis propria exuperabūt. Sed si simul frigus cū siccitate ex equo augeatur: natura durum ⁊ gracile corpus habent: ac nudum attrectanti frigidum. Pinguedo vero ipsis alioquin extenuatis carni dispersa est. Capilli vero ac color mensure frigiditatis ꝓportionāꝭ. Ceterum vbi calidū ⁊ siccum tēperamentū in ipso vigoris tēpore vertiꝭ ad habitū frigidiorē ac sicciorē. Corpus taliū: gracile: durum ac melancolicum: proinde q3 nigrū simul pilosumq3 est. Sed vbi altera qualitas multum exuperat altera parum a mediocritate euariet: exuperabunt quidem exuperantis: alterius vero signa reddenꝭ debiliora.

At vero preterea quecūqȝ dicta sunt: aut dicenda cōmune tēperamenti indiciuȝ est: vbi membꝝ facile refrigeret frigiditatis aut raritatis: vbi difficile refrigeret caliditatis aut densitatis. Si vero ledatur ab exiccantibus: reddaturqȝ siccum: squalidum: rigidum siccitatis: quēdmodum si grauetur ab humectantibus humiditatis: considerandū pretere vnde omnes musculi simile an dissimile inuicem habuerint tēperamentū: scrutantes in omnibus subiectoꝝ ossium quantitatē. Nā interdum pars gracilior videt que haud quaq̄ graciles: quantuȝ ex musculis est. Sed pp angustiam ossiū talis apparet. Itidem crassior interduȝ vꝫ non pp ossiuȝ amplitudinē: sȝ pp carnis multitudinē que ⁊ crescēs: ⁊ decrescens: ⁊ durior: ⁊ mollior effecta: partē modo sicciorē: mō humidiorem facit. Si igit pauca duraqȝ sit: partē efficit duriorē. Si mlta ac mollis hūidiorē. Nec secus similiariū corpoꝝ interceptiōis plus humiditatis aut minus in seipsis cōtinētes: partē reddūt aut crassiorem: aut graciliorē: aut humidiorē aut sicciorē. Humidiorē quidē quotiēs humiditas tenuior: multaqȝ fit. Sicciorem vero quotiēs crassior: paucaqȝ habeat. Ipsas. n. partes corporis solidiores: que vero solide pmeqȝ sunt: nullo pacto fieri pōt vt efficias humidiores: sed satis erit si prohibeas eas cito nequaq̄ exiccari. Sedes aūt interceptas repleas humore tali vel tali licebit. Tale est ꝓpriuȝ alimentū partiū similariū ex adiectione nō p venas attractū. Atqȝ hic sermo cūctis partib⁹ similaribus cōis ē: ac rursus dicet dū de causis sanis aget: nūc ad reliqua veniamus.

De signis ventriculi natura siccioris. Caput. 52.

Ventriculi signa natura siccioris sunt: si cito sitiat ac puus potus sufficiat ac multo grauet ⁊ dolorē sentiat: q̄tenus superfluus fluitat: esculētisqȝ gaudeat siccioribus.

De signis humidioris. Caput. 53.

Humidioris vero signa sunt: si non sitiat: ac potū āpliorē innocue ferat: esculētisqȝ gaudeat humidioribus.

De signis ventriculi calidioris natura. Caput. 54.

Calidior pterea vētriculus cōcoquit melius q̄ appetat: ac multo magis quecūqȝ dura sunt: ⁊ alterari difficilius queūt. Que enim facile alterant in eo corrūpunt. Porro gaudens alidis esculētis ⁊ poculentis minime ledit a frigidis ex vsu moderato.

De signis vētriculi natura frigidioris. Caput. 55.

Frigidior natura ventriculus bene appetit quidem sed non bene concoquit: potissimum quecunqȝ esculenta frigida sunt: atqȝ alterari difficulter queunt: vt que celeriter in eo acescant: ⁊ ob eam rē talis ventriculus ructat acidum: ac gaudet frigidis: qbus nisi seruet modū facile ledit. Nec secus ea que extrinsec⁹ icidāt diutius adhibita nequaquā tolerat: quēadmodū neqȝ calidus vētriculus tolerat calidiora. Intēperies. n. pp egritudinē in vētriculo hoc dissident ab his q̄ natiue existūt: q contraria appetūt nō similia: quēadmodū natiue. Intemperies aūt ꝯposite ex simpliciū cōpositiōe cognoscent. At vero dilige-

ter considerare oportet que sunt dicta intersinguentes ab his que di-
cenda sunt. Non solum enim ventriculus facit vt sitias aut non sitias
aut vt appetas frigida aut calida: sed etiam viscera in thorace condita
cor ac pulmo aliqd tale efficiunt. Sed qui pre caliditate taliũ partium
sitiunt: aerem inspirant pleniorem longũq3 efflant: atq3 in thorace sen
tiunt estum: nõ circa ilia: queadmodũ qui p̃ caliditate ventriculi sitiũt.
Quinetiam bibentes non statim quiescũt: ac frigidus potus sitim eorũ
potius sistit q̃ multus calidus. Frigidus preterea aer inspiratus refri
gerat eos: nequaq̃ leuãs eos qbus vẽtriculi calor sitim affert. Itez qui
ecõtrario habent ab inspiratiõe frigida insigniter afficiunt: idq3 frigi-
ditatis in pulmone signuz est maximũ: ⁊ queadmodũ inspirando frigi
dum perspicuam sentiũt frigiditatẽ ac lesionem: ita calor illis amicus
est. Excremẽta preterea expuũt pituitosa ac cum tussi excreant. At qui
pulmonis siccitas excremẽtis vacat ac pituitã nequaq̃ h3 vocẽ claram
queadmodum humiditas obscuram raucãq3 vocẽ emittit atq3 excre-
menta incurrunt: vbi clarius loqui libeat: nõ tamen vocis magnitudo
calore efficitur queadmodum nec paruitas frigore consistit. Sed hoc
amplitudinẽ aspere arterie efflationẽq3 vehemẽtiorem: paruitas vero
cõtraria comitat᷑. Quocirca vocis magnitudo paruitasq3 nec semper
nec primaria rõne: sed ex accidenti solũq3 natiuũ temperamentũ non
aduenticiuz sequit᷑. Opificia enim temperamẽto tali extiterũt. Iccirco
talis vox comitat᷑ ex voce: preterea natiuũ temperamentũ colligas lice
bit. Etenim vox leuis arterie sequit᷑ leuitatem: quemadmodum aspera
asperitatẽ. Arterie igitur leuitas temperamẽti sequit᷑ mediocritatem:
asperitas siccitatẽ. Asperitas enim corporis inequalitate efficitur sic-
cioris. Arteriaz aũt duram similiariũ ipsius partiũ siccitas. Inequalez
vero dispersi humoris inopia facit. Simili modo neq3 acuta vox per
naturam sine angustia faucuz: neq3 grauis sine amplitudine fieri põt.
Angustia igitur natiue frigiditatis alumna ẽ: amplitudo caliditatis.
Ceterum discrimina vocũ per affectiões efficiunt᷑: qd̃ ꝓportiõe rñdeãt
naturalibus. Naz ⁊ illa efficiẽtiũ cãrũ indicia sunt de qbus in libro de
voce abunde perpẽsum iam est. At alie corporis ptes aialis interiores
obscura temperamenti indicia habent. Sed enitendum tñ eas cogno-
scere ex his q̃ iuuant ac nocẽt: atq3 ẽt nãliũ viriũ actiõibus. Dcm̃ ẽ ter-
tio libro de causis accñtiũ: vt ꝑgressum tẽperamentũ virtus ac vitium
vniuscuiusq3 facultatis existat. At de tẽpamẽtorũ signis dcm̃ iam ẽ.

¶ De partibus cognitu facilioribus ac difficilioribus ⁊ de eis que nul
lo pacto cognosci possint: Caput. 56.

Partes que magnitudine: aut figmento: aut numero: aut positiõe
sunt impedite: q̃cunq3 subiacent sensib⁹ cognosci facile possunt.
Quecunq3 vero nõ subiacent sensib⁹: aut difficulter cognosci: aut nul
lo pacto possunt. Capitis igit᷑ magnitudo ac figura simul cum cerebro
ꝑspicua ẽ vt antea docuim⁹: atq3 ẽt figura: magnitudoq3 thoracis. Sili
mõ scapule: humeri: brachia: cubitus: summe man⁹: coxe: femora: tibie:

pedes vtrũ sint figmẽto: nũero: magnitudine an põne simpliciũ ĩpedi/
ta: cognitu nequaq̃ difficile est. Item lesiones operationũ: in vnoquo/
q̃ pspicue sunt. At partes corporis interioris cognosci nõ oẽs possunt.
Uidi eni3 vẽtriculũ cuiusda3 ita paruũ rotundũ ac ꝓpensu3 in ilia: vt
ꝓpria circũscriptio pspicue apperet spectãti ⁊ attrectãti. Nec secus vi/
di vesicã ita positã: vt si quãdo vrine secretio cũctaret: moles circũscri/
pta pspicue apperet. Nulla alia pars interior pspicuã aliquãdo mihi
ꝑbuit cognitionẽ: s3 eniti virtutẽ cognoscere ꝓut fieri põt ac vitiũ eaꝝ:
q̃q̃ nõ firma sciẽtia s3 artifici ꝯiectura ꝯueniet. Agamus de iecore gra
tia exẽpli. Uidi nõ paucos iam habere venas angustiores ac totum cor
pus decolor. Qui si paulo plus accepissent cibi potissimũ inflãtis cras
si ⁊ glutinosi: quasi pondus positũ ac pendẽs circa dextrũ iliu3 in pro/
fundo sentiebat: aut tristẽ extensionẽ. in his igit̃ par est: vt iecur paruũ
angustũq3 meatibus habeat̃. Uidi p̃terea aliũ pituituosum quidem to
ta habitudine vomere singulis diebus croceã bilẽ. Noui igit̃ oportere
scrutari excremẽta ipsius: ac parũ bilis habebant: existimaui igit̃ mea/
tum emittẽtẽ humorẽ felleũ nõ parũ sui partẽ ad ostiolum vẽtriculi pi
lorũ: nominant transmittere: quẽadmodũ in q̃busdã accidit aialibus.
Ex quibus perspicuum est vt in his que sensu cognosci non queunt: co
gnitio disectionis operatiõu3 ⁊ vsus partiũ admodũ conducat. Sicui
ergo libet vt est dictũ cognoscere impedita corpora dissecandi: exerceat
artem ⁊ operationes: vsusq3 partiu3 cognoscat. Sed de vtrisq3 seorsu3
dicato volumine docuimus: de quibus in fine libri dicetur: vt artis stu/
diosi scire valeant ex quonam libro talia precepta colligere cõueniat.
Sed de his satis.

¶ Quibus signis cognoscatur corpus egrotum. Caput. 57.

At quecũq3 corpora nunc egrotabilia sunt. i. quecũq3 egrotant co
gnosci op3 si sensibus subiacent mutatiõe naturaliũ affectionũ
veluti coloris: figure: numeri: positiõis: molliciei: duriciei: caliditatis:
frigiditatis: ⁊ vt in totũ dicat̃ lesione opationũ aut excretiõe humoru3
aut dolore: aut tumore p̃ter naturã: aut oibus his: aut q̃busdam. Parti
culatis vo cerebri affectões morbose cognoscunt̃ delirio sensuũ: aut co
gitatiõis: aut motuũ lesiõe: aut excretione humoꝝ ex palato naso ocul'
auribus: aut dolore q in ipso fatiget. Cordis vo egritudines cognoscũ/
tur difficultate spirãdi: subsultiõe cordis: pulsu arterie: iracũdia: placi
ditate: febrib': frigore: coloꝝ diuersitate ac dolore q in ipso fatiget. Ie/
coris vo dispões cognoscunt̃ humoꝝ inopia aut copia: ac mutatione
ad habitũ p̃ter nãm: pallore: itẽ distributiõe: cõcoctiõe: aut excremẽtoꝝ
mutatõe: atq3 ẽt põdere: loci tumore: dolore nõ solũ q ibi affligat s3 qui
rõne ꝯsensus spiratõis afferat difficultatẽ: aut tussi3. Pari mõ vẽtricu
li egritudies inotescũt ꝯcoctõe appetitu humidi sicciq3: ⁊ excremẽtoꝝ
secretõe euariãtiũ. Itidẽ singultu: ructu: nausea: vomitu: ac spẽ mãe re
iecte p vomitũ: dolore tumore ⁊ spirãdi difficltate. Quinẽt thoracis di
spões cognoscunt̃ spiratõis difficultate: tussi dolore loci: screatione.

Morbi vo aspe arterie cognoscunt: spirationis difficultate: tussi: ac dolore loci: screatione: vocis lesione: atqz in reliqs oib⁹ qd pportione rndeat: ex tumore: dolore: lesione opationu: atqz ēt excretione huoz idicia ducutur. Tu āt pter naz iflamatione: durstie: tumore dscribit. Dolor quouis loco fatiget: aut solone ptinuitatis aut alteratione significat subita. Continuitas vo soluit vbi mebru erosuz sit aut icisuz aut collisum aut extensuz. Substatia alterat caliditate: frigiditate: huiditate: siccitate. Virt⁹ pterea aut debile facit opatione: aut medosaz: aut nullaz. At qcuqz excernut: siue ptes affectaz ptiu siue excremeta siue mae i mebris codite: ppria exhibebut significatione. Sz de his libro de affectis ptib⁹ latius definitu ia est: que nullus ex maiorib⁹ in via docedi: r rone z redegit: aut ad integrum tradidit: nec aliqua alia comentationem qua antiquiores inchoarunt quidem: sed nequaq absoluerunt.

¶ Quibus signis cognoscatur corpus egrotaturum r conualiturum. Cap. 58.

Egrotantiu igit indicia ex illo volumie pducunt. Egrotaturi vero conualiturīqz signa hac via r rone discunt. Egrotaturi igit signa media quodamodo sut iter ea q sanis egrisqz accidut. Jn sanis. n. cucta p nam existut: i egris pter naz incptu egri sunt: i pfinio hoz sut ea que significat egritudine. Queda qz p nam qde existut sz qualitate aut qtitate aut tpe euariat: qda pter nam sunt qde sz miora qq in morbis hntur: r ob ea re corpoz dispones qcuqz egrotatura sunt neutre cesentur: ac signa eaz primaria rone idicat sanitate: secudaria egritudinem. Jta fit vt hec ipsa signa p diuersitate habitudinis tu neutra tu ēt egra dicant. Neutra qten⁹ pntem idicat affectione. Egra qten⁹ pnuciat futura. Simili mo se hnt qcuqz signa sana in egrotis apparet: vt sana sint qz futura significat sanitate. Egra vo incptum pntem dispone ostedut: ita efficit vt qcuqz signa ambas sigfiant dispones: neutra existat ex vna neutre vocis significatione. Porro nequaq videri mirabile dz vt ea ipsa signa p habitudine diuersaz tres obtineat rones tu sana r egra tu etiaz neutra: ac vt ex vtraqz significatione qcuqz signa i pualescetib⁹ existunt neutra vocent: queadmodu signa q i senectute hntur. Hec ergo cuncta plurib⁹ notioib⁹ ronibusqz subiacet. Quecuqz vo i sanis ad itegru sut: soli sanoz subiacet notioi. Jte qcuqz in egris hntur nequaq pmostrantia sanitatem futura. Sed de his deinceps dicemus.

¶ De signis pronosticis. Ca. 59.

